Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



pectaui tibi. Inimici mei dixerunt
mala michi quando morietur et peribit no
men eius. Et si ingrediebatur
ut uideret uana loquebatur cor eius
congregauit iniquitatem sibi. Egre
diebatur foras et loquebatur mid
ipsum. Aduersum me susurrabant
omnes inimici mei aduersum me co
gitabant mala michi. Verbum
iniquum constituerunt aduersum me
numquid qui dormit non adiciet ut re
surgat. Et enim homo pacis mei
in quo speraui qui edebat panes meos
magnificauit super me subplantatio
nes. Tu autem domine miserere mei
et resuscita me et retribuam eis. In
hoc cognoui quoniam uoluisti me quoniam non
gaudebit inimicus meus super me
super me. Me autem propter innocentiam
suscepisti et confirmasti ~~super me ma~~
~~num tuam~~ in conspectu tuo in eternum.
Benedictus dominus deus israel a se
culo usque in seculum ~~tu es deus~~ fiat
fiat. In fine intellectus filio chore.

Quemadmodum
desiderat ceruus ad fontes
aquarum ita desiderat anima
mea ad te deus. Sitiuit anima
mea ad deum fontem uiuum quando
ueniam et apparebo ante dei. Fue
runt michi lacrime mee panes die
ac nocte dum dicitur michi cotti
die ubi est deus tuus. Hec recor
datus sum et effudi in me animam
meam quoniam transibo in locum admi
rabilis tabernaculi usque ad domum
dei. In uoce exultationis et confes
sionis sonus epulantis. Quare

tristis es anima mea et quare conturbas
me. Spera in deo quoniam adhuc
confitebor illi salutare uultus mei et deus
meus. Ad me ipsum anima mea con
turbata est propterea memor ero tui de terra
iordanis et hermon a monte modico.
Abyssus abyssum inuocat in uoce
cataractarum tuarum. In die mea
dauit dominus misericordiam suam et nocte
canticum eius. Apud me oratio uite
mee dicam deo susceptor meus es.
Quare oblitus es mei et quare con
tristatus incedo dum affligit me in
imicus. Dum confringuntur ossa mea
exprobrauerunt michi qui tribulant me
inimici mei. Dum dicunt michi
per singulos dies ubi est deus tuus quare
tristis es anima mea et quare contur
bas me. Spera in deo quoniam adhuc con
fitebor illi salutare uultus mei et deus
Vdica ps DD meus
me deus et discerne causam meam de
gente non sancta ab homine iniquo
et doloso erue me. Quoniam tu
es fortitudo mea quare me repulisti
et quare tristis incedo dum affligit me
inimicus. Emitte lucem tuam et
ueritatem tuam ipsa me deduxerunt
et adduxerunt in montem sanctum
tuum et in tabernacula tua. Et introi
bo ad altare dei ad deum qui letificat
iuuentutem meam. Confitebor
tibi in cythara deus deus meus quare
tristis es anima mea et quare contur
bas me. Spera in deo quoniam adhuc
confitebor illi salutare uultus mei
et deus meus.

336